

Band 1

Heft 3

S 117

1230.

[2

Bischof Ludolf von Münster bestätigt die von seinem Vorgänger Dietrich ge-  
schene Verleihung des Gogerichts in Meseth an den Drosen Albert. 117

L[udolfus], Dei gracia Monasteriensis ecclesie episcopus, omnibus, ad quos  
presens scriptum pervenerit, salutem in Domino. Noverint universi hoc  
scriptum inspecturi vel audituri, quod, cum Albertum dapiferum nostrum ad  
obsequia nostra et ecclesie semper fidelem persenserimus ac devotum, nos ei  
de fidelitate sua nobis et ecclesie sepius exhibita ingrati nolentes existere,  
factum domini Th[eoderici] quondam Monasteriensis episcopi, predecessoris  
nostri, de iudicio in Meseth, quod Gogerichte appellatur, quod circa dictum  
A[lbertum] fecit, ratum habemus et auctoritate presencium sub hac forma  
confirmamus, que data fuit a dicto domino Th[eoderico], nostro predecessore,  
sicut idem A[lbertus] per instrumentum ostendere potest super eo confectum.  
Acta sunt hec anno gracie M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XXX<sup>o</sup>, pontificatus nostro anno sexto,  
coram testibus subnotatis: Otrico decano sancti Martini, Bernardo cellerario,  
Cesario cantore, Luberto custode sancti Martini, Arnolde et Bernardo capel-  
lanis nostris, Wilhelmo de Blankena, Wenemaro magistro coquine et aliis  
quam pluribus.

Orig. Siegel 3. T. zerstört.